Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

tuus oravit ad sanctuarium tuum. Tu exaudies de celo domine et libera eos de manibus
inimicorum eorum. V. Dixerunt mihi pleni tuus et iustus est primam. Venies et
xi. oravit in loco isto. Semper in nobis flamma divine pietatis ardet et
fiat ne caritatis aut rescat semper in sanctuario pectoris nostri
celestium memoria preceptorum et euangelice lectionis dulcedo sed
resonet. V. Audi domine ymnum et ordine quem seruus tuus orat coram te ho
die sint oculi tui aperti et aures tue intente super domum istam die ac nocte. V.
Respice de de celo et de habitaculo tuo sanctuario et de excelso celorum habitaculo. Dr.
xii. Hec sunt fundamenta sapientis architecti que nobis hodie
sancta lectio euangelii commendat non nos solum modo
sed uirtutem potius docens hec pietatis. V. Floribus decora
te mater ecclesia quem sic honor diuine distinguis illustrat quem victoriosor gloriosus
maturum sanctis exornat. Quam inuiolate professionis candida induit
uestimenta. V. Floribus eius nec rose nec lilia desunt. Secundum lucam.
Nil tem. D. I. S. Non est arbor bona que faciat fructum
malos neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquaque enim
arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt
ficus neque de rubo vindemiant uuam. Bonus homo de bono
thesauro cordis sui profert bonum et malus homo de malo thesauro
profert malum. Ex habundantia enim cordis os loquitur. Quid
autem uocatis me domine domine et non facitis que dico. Omnis enim
qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos ostendam vo
bis cui similis est. Similis est homini edificanti domum qui fodit in altum
et posuit fundamenta super petram. Inundatione autem facta illisum
est flumen domui illi et non potuit eam mouere. Fundata enim erat
super petram. Inl'a. Domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum. V.
Hec est domus dei. Firmiter edificata. V. Domus fundata est super firmam p